



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

74. An habitantes in ea Parochia, vbi Concilium Tridentinum de
Clandestinis matrimoniis publicatum, est & seruatur, si transeant, v. g. in
Galliam non animo ibi habitandi, sed cum voluntate ibi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

La verdad es, que es mucho mas probable, que ni aun en estos casos no valdrá el mutuo consentimiento de los contrayentes, sin presencia del Paroco, y testigos por la razon dada en el numero primero, de que no guardando en el la forma, corrunt actus, y porque la palabra del Concilio: Omnidem inhabiles reddit. No admite epicheya, Henriquez dice que era mucho mas probable, porque no se puede negar, que la de Veracruz sea probable, y por tal la tiene Villalobos tractata 13. de Matrimonio, numer. 3, y que tambien lo en los lugares de los herejes, y en las Indias, donde no ay copia de Pazocos, y que vn año entero no se puede aver, que aqui no se quiso prohibir totalmente el Concilio el Sacramento del Matrimonio, y ya hemos dicho diuersas veces, que en caso de graue necessidad se puede seguir la opinion menos probable, y assi si el Matrimonio estuviere ya contraido sin Paroco en alguno destos casos se auia de sustentar, y defender, porque la opinion que defiende el Matrimonio ya hecho, aunque no la ampare mas que vn Doctor con alguna probabilidad se ha de defender contra la opinion de otros muchos, como dice arriba, Ita illle.

Sop. hac op. pionne inf. in Ref. 74. pro. fuen. & in aliis eius s. not.

7. Sed ego extra casus superius declaratos a Sancta Congregatione, & Clemente VII I. de quibus vide etiam Iacobum Marchant, in *Resolucion. Pastor. tract. 8. c. 2. q. 1. & Opatoum de Sacram. tract. de Matrim. diff. 2. q. 12. n. 110. & 111. Prapostum in 3. part. D. Thome. q. 4. de Matrim. clandes. dub. 8. per rotam*, non audeo alios admittere, nec sententiam Veracruz, & aliorum puto probabilem, vt putat Martinus de San Joseph: casum vero Patris Amici, tertio loco oppositum, nec reprobbo, nec approbo, sed illius resolutionem Purpuratorum Patrium facio consensu remitto. Sed post hæc scripta inueni Patrem Marchant, in *Tribun. Sacram. tom. 3. part. 2. tract. 1. rit. 7. q. 9. & 10. questionem huius Resolutionis latè perractare, & idem illum lege.*

RESOL. LXXIII.

An in articulo mortis Parochus possit celebrare matrimonium sine testibus, & denunciationibus?
Et in corpore huius Resolutionis qualuer apponuntur casus, in quibus valeat clandestinum coniugium, etiam sine Paroco, & testibus celebrato. Ex part. 5. tract. 3. Ref. 98.

Sop. hoc sup. pra. in Ref. 71. & vlt. & ex Ref. 62. lego eius s. & melius in §. vlt. Ref. 63.

§. 1. R Epondeo, quod si in articulo mortis quis velit contrahere cum aliqua, vel ad legitimandam problem ex ea suscepit, vel ad tollendam infamiam, & dedecus feminæ, vel simile incommodum, possit licet omitti monitiones ex licentia Parochi, si Ordinarius adiri commodè nequeat, quia tunc est evidens epikria intentionis Concilij pro necessitate illius articuli, non tamen ex hoc sequitur licere in articulo mortis vñquam contrahere sine Paroco, & testibus, neque ad hoc potest dare licentiam Episcopus, quia hoc nunquam concessit Concilium Tridentinum Episcopo. Imò tacitè negauit, dum concessit posse remittere denunciationes, & nihil concessit circa presentiam Parochi, & testium, quod est verum, etiam si prius matrimonium fuerit contractum inuidit coram Paroco, & testibus, si impedimentum est publicum, vel dispensatio est obtenta in foro exteriori. Et ita docet Zambranus de sacram. matrim. cap. 7. dub. 3. n. 1. & 2. Cui adde Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de matrim. 10. 1. lib. 3. dif. 17. quibus ego addo Marchinum

Tom. II.

de peste part. 6. c. 4. n. 5. vbi docet, quod si pestiferatus in articulo mortis velit concubinam ducere vel ad problem legitimandam, vel ad maiorem sue confitentiae tranquillitatem, esse denunciations relinquendas. Vide etiā Homobonum de bonis in confit. 10. 2. part. 5. resp. 30. Merchantium in resolut. pastor. tract. 8. de denunciat. c. 1. q. 1. Gutierrez de matrim. c. 6. n. 4. Hurtadum de matrim. diff. 5. difficult. 3. Cominch de Sacram. disp. 27. aub. 1. Vnde est refellendus Sotus in 4. distinct. 22. qnqst. 1. artic. 2. existimans esse casus aliquos, in quibus valeat clandestinum coniugium, etiam sine Paroco, & testibus celebato, quam etiam sequitur Iacobus à Graffis lib. 2. decision. sur. cap. 8. Primus est, quando virgo sub tutela est iniqui tutoris, & clandestinè contrahit, ne tutor eam tradat viro ignobilis. Item si quis lethali ter vulneratus feminam concubinam, vt filios legitimos reddat, & faciliorem viam parer ad salutem, clandestine cum illa contrahat, quia copia Parochi, & testium haberi non potest. Tertius, si concubinatus iter facientes, vel alia ratione comprehensu, si in pericula ob concubinatum incidenter, subito matrimonium contraherent secretè, vt affirmarent se esse coniuges. Quartus, si aliqui, quibus maximè expedit nubere, & valde metuerent illo tempore impediendo esse, ne contrahere possint, tunc secretè in matrimonium consentient animo postea publicandi. Sed hæc omnia refelluntur à Pontio de matrim. lib. 5. cap. 6. num. 3.

RESOL. LXXIV.

An habitantes in ea Parochia, ubi Concilium Tridentinum de clandestinitate matrimonii publicatum est, & seruat, si transfeat v.g. in Galliam non animo ibi habitandi, sed cum animo ibi contrahendi, ac mox ad locum habitationis redire, an inquam, in tali casu matrimonium sit validum?
Ex quo sequitur, cum statuum sit, ut quis semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & vel ex conuentione, vel ex declaratione Engenij IV. peregrinus possit confiteri illi Paroco, in cuius Parochia habitat, non quidem ex commissione proprii, sed tanquam proprio Sacerdoti; idem dicendum est, etiam si quis animo confitendi solum illi Paroco eo accedit, & a sua domicili Parochia recedat, illi ex iam licet alteri confiteri, dum extra suam Parochiam est? Ex p. 6. tr. 7. & Msc. 2. Ref. 29.

§. 1. N Onissime negatiè respondet eruditus Francisca Sylu, in suis refol. varia, verb. Matrimonio 8. Quia tales vel contraxerunt coram Paroco loci, ad quem venerunt, vel clandestinè: utrumque dicatum matrimonium est nullum, quia de illis ita contrahentibus verificatur quod aliter, quam coram Paroco, vel alio Sacerdote de ipsis, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus contraxerint: nam Parochus in decreto Concilij non intelligit Parochi loci, in quo sit contractus, sed Parochus contrahentium, seu alterius eorum, vt ex contextu Concilij patet, & affirmatur à Navarro lib. 4. consiliorum, consil. 7. ad tit. de clandestina defensione.

2. Si dicas Decretum Concilij non habere robur in locis vbi non est publicatum, mattim omniū verò de quo queritur, esse contractum in loco, vbi non est publicatum. Respondetur, assumptionem esse veram respectuè ad personas locis illis subiectas; scilicet, vt decretem non habeat robur in locis: sed in personis loca illa habitantibus, vbi non

Sup. hoc ià Ref. 1. not. præterita, §. 1 & 2. & latè in Ref. præterita, & in tom. 3. tr. 1. ref. 91. §. 1. à principio vique ad medium.

Sup. hoc inf. in Ref. 73. & 89. §. Nota hic. & seq. & in tom. 1. tr. 2. Ref. 17. in fine, & in to. 4. tr. 3. ex doctrina refol.; 153. signanter in principio §. C. firmatur.

I i. 6. 11

est publicatum Concilium, Quantum vero ad loca, vbi fuit publicatum, in illis habet robur circa omnes eas personas, quae talia loca inhabitant. Clausula enim decreti spectans eius publicationem designat tempus & loca, quando & vbi incipiat habere robur: personarum autem non facit expressam mentionem, & id est intelligitur habere robur circa personas respectu ad tempus & loca, id est, personas comprehensas intra illud tempus, & intra illa loca, vbi ratione publicationis factacepit obligare. Atque personae, de quibus queritur, sunt comprehensae intra tempus & locum, in quo facta fuit publicatio: ponuntur enim habitare in ea Parochia, in qua decretum est publicatum, & servarunt.

Sup. hoc infra in §. vlt. aliam eo animo, vt non confiteatur suo Parochio, sed huius Ref. & Pastori Ecclesiae eius ad quem venit statim postea Ref. 17 & si uersutus, non validè confitetur: & hoc id est, quia placet lege maner subditus illi Parochio, & illi Ecclesie, vnde alias Ref. eius prim. a not. quāvis pro referua in isto- met calu.

3. Confirmatur: qui de vna Diocesi transit ad aliam eo animo, vt non confiteatur suo Parochio, sed in to. 1. tr. 3. Pastori Ecclesiae eius ad quem venit statim postea Ref. 17 & si uersutus, non validè confitetur: & hoc id est, quia maner subditus illi Parochio, & illi Ecclesie, vnde venit, & ad quem redit, & consequenter alius Patrochus caret iurisdictione in ipsum, iuxta Suarez to. 4. disp. 25. sect. 2. num. 9. Valsquez quest. 93. art. 2. dub. 4. in fine, & communem aliorum sententiam: ergo transitus in fraudem factus non facit aliquem non esse subditum loci, vnde venit, ac per consequens transientes de vna Diocesi in aliam, non desinunt esse subiecti Diocesi, ex qua veniunt, nisi veniant animali habitandi. Huc usque Sylvius.

4. Sed affirmatiua sententiam tenet Coninch de Sacram. disp. 17. dub. 1. n. 14. & Ioannes Viggiers de Sacram. ad supplementum 3 part. D. Thom. qual. 50. cap. 5. dub. 14. num. 40. cui addit Sanchez tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 28. Basilium Pontium de mairim. lib. 5. cap. 9. per totam, & alios penes ipsos. Et ratio est, quia Peregrini a domicilio absentes non tenent legibus sui domicilij; si in loco, vbi se recipiunt, viagent leges contrarie, saltem quoad solemnitates adhibendas in contractibus. Deinde quando inhabilitas est constituta absolutè & simpliciter in aliam quam personam, tunc sequitur personam quounque euntum; secus quando est constituta per modum legis: sicut enim lex illa non obligat in aliis locis, ita inhabilitas & annulatio actus non obtinet viam in aliis locis; neque sequuntur personam, nisi dum est in locis, in quibus ea lex vim obligandi habet: neque enim incipit ligare, & irritare immediatè & principaliter ratione personatum, vt notat Henr. lib. 11. cap. 3. num. 8. Sed ob locum Parochia, vbi autoritate Ordinarii legitimè decretum est promulgatum. Vnde Concilium sic concludit: decernit insuper vt huiusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post 30. dies habere incipiat, &c.

5. Et hanc doctrinam veram esse dicendum est, etiam si aliqui in fraudem legis Concilii Tridentini, & vt contrahant sine Parochio & testibus, eò profisciscantur, vt etiam docet Thomas Sanchez disp. citat. num. 29. Idque constat, tum quia contractus non lædit ex bono, vel mala intentione, ea enim permanet in affectu, nec transit in contractum exteriorem. Hinc enim communis sensu Doctores docent ex prava intentione non oriri restituendi obligationem, si reuera non est illatum damnum. Tum etiam, quia cum quis virut iure suo, non dicitur dolo malo facere, textus in L. nullus videtur 55. de regul. iur. Nullus videtur dolo facere, qui iure suo virut, & leg. 3. §. 15, tamen, ff. de liber. homin. exhib. Dolo malo non videtur agere, qui iure suo virut; & leg. cùm creditor 55 ff. de furt. Cùm creditor rem sibi pignoratam auferret, non videtur contrectare, sed pignori suo incumbere: cum aliis sitatis per glossam in dicta

leg. 3. At iste virut siue suo, neque fructus illiciti proficiunt vbi licet sine testibus & Parochio contrahere: igitur iste non facit dolo malo. Scitque quia statutum est, ne Salmanticae natus obiret: Collgium Salmanticense; & feminam aliquam in fraude co vicino paritura, iure suo vt dicere.

6. Vnde ex his sequitur: Cum in cap. emitt. 1. utriusque sexus de parenti, & remissione, haec fit, vt quis sendit in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & vel ex consuetudine, vel ex declaratione Eugenij IV. Peregrinus possit confitei illi Preging, in cuius Parochia habitat, non quidem ex commissione proprii, sed tanquam proprio Sacerdoti, fit, inquam, idem dicendum esse, etiam si qui animo suu solūm confitendi illi Parochio, & eō accedit, & illa quād domicili Parochia recedat: illi enim licet non confitei, dum extra suam Parochiam est. Et berat illa omnia docet Sanchez & Pontius vbi supra se quia bus patet responsio ad argumenta, que in iustitia sua sententia adducit doctus Sylvius. Quid ego sententiam dicam breuiter: fateor huic sententiæ etiam in matrimonio me semper adhaesisse, nam vix in multis obseruat Cast. Palauus to. 1. disp. 2. part. 3. art. 3. in conf. Etu opinorum illa est tenenda que fuerit voluntaria matrimonij; sed quia nouissime Franciscus Zypres in consult. Canonica, lib. 4. tit. de Spons. & mem. infusc. recensetur ann. 1628. Sacram. Congregationem ipsi sententia responduisse, matrimonium de quo eti. sententia esse nullum, ideo puto suppedita dicta declaratione à prima sententia non esse recessendum.

RESOL. LXXV.

An impedimenta matrimonij per Concilium sublata censeantur etiam sublata in Provincia, vbi illud non est publicatum. Ex part. 6. tract. 8. & Mellei Ref. 26.

§. 1. A Ffirmatiua sententiam docet nouissimum doctus Franciscus Zypres in suis consultationibus Canonica, lib. 4. tit. de Congregatione priuiali, consult. 1. vbi sic sit. In lege derogatoria alterius legis quid prohibentis, aut irritantis promulgationem non ita solemnitatem, seu in singulari provinciali requiri, sed regulariter sufficiat faciam in Curia, seu Concilio, sicut Valsquez disp. 15. 6. 4. vnde dicendum est quid, vbi Concilium Tridentinum non est publicatum, verbi gratia in Scotia, valida esse matrimonia contracta in 3. art. 4. gradu affinitatis ex copula illicita, vigore legis, in 4. §. 24. de mat. Concil. Tridi, derogatoria iuris iatis impedimentum dirimens eo gradu etiam ex copula illicita statuens: quia huiusmodi lex derogatoria extrema illam solemnitatem non exigit. Liberatio multis modis faciliter contingit quam obligatio, non nobilis sane est libertas omnium, que à natura est. Dum legislator quid iubet fieri, vt populus facere obligetur, merito plura requiruntur quam dum legislator tantum tollit impedimentum, quod ipse actioni posuerat, permittit, quod veterat: eius habent tantum voluntas notificata sufficit; sed dum subditorum actio exigitur, plura requiruntur, vagae obligentur. Sed & res facile dicuntur reuerti ad priuam naturam, & quod labet agendi libertatem, contra quam prius illud ius matrimonij impedimenta induxit, que Trident. sustulit.

2. Neque his videtur obstat, quod Bulla promulgationis Concilii Tridentini indiferenter obliteranda

ANTONI
Opera
Tom. I. & II.
E III.